



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei

Murner, Thomas

Lucernae, 1528

VD16 M 7034

Protestatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29525

M V R N E R I.

unionis sacramēto. Quem ihesum hīc unicus Hereticorū per sequit, & totis horis studet ab oībus ecclesiæ sanctæ pastore depellere & saluatorē, ut pastore percusso, disperganſ oues gregis. Visum est igit̄ mihi obiectū idolatriæ scelus solo morte expiandū. Deute. xiij, non sterendo & oscitanter trans̄ undum sed a Lutherana defectione iam in octauū annū satiſ gatus, ut bos lassus fortius figere pedē. Quippe quod in orationes quibus ante me hoc crīmen obiecit, criminaliter intentauit) exiliū indixit, iustis honis priuauit, officijs & honorib⁹ spoliauit. Quoꝝ catholicorū sacerdotū iniuriam ulturus ad causam deuenio paucula ante hac protestatus.

P R O T E S T A T I O.

Et quo mea cauſa sit auctior audeo diuini nominis oblatione, hic mihi Christū precari minus propitiū, si ullo vel iniuriandi animo, uel ledendi quorūcumq; famā, nomen, & honorē hanc respondendi prouinciā subierim, aut quauis cordis amaritudine pellectus ulli mortaliū calumnias struere coner, sed solo naturali defensionis iure a Zwinglio multipliciter impeditus, meā uitā corpus famā atq; fortunæ bona tueri. Longe igitur a me fuerit (testor Mariā uirginem) Senatū prouidū & circumspectū, aut quemuis alium ciuem, incolā, accolam, inclītā ciuitatis Thuregioꝝ hac responsione mea lacessere, incessere, aut eorū dignitatē quoquis modo, fuso, colore, senigrare, tenebrare, extenuare, ita me deus iuuet, & sancta dei euangelia. At quia nouum dogma, & meo iudicio quoniam nullum fuit orbi Christiano nocentius erupit in expectato in Christianorum dominorum Lucernesium territoria & ditiones, a Zwinglio proculdubio suscitatum, Christum ihesum humani generis adsertorē in sacra synaxi sacrarū menti unionis negans esse præsentem, meo prædicationis officio (ut spero) probe functus, animos excitauit fidelium Christianorum sedulitate, ne se patiantur his perfellitis erroribus contaminari. Quod Ulrichus Zwinglius impatienter ferens,

imo

A C T A

imo ferre non potemus (sic qm uicinos inficere sategit) libel-
lo famoso & cęco Marte resistit, idolatriæ crimen mihi obijcit
ob creditā Christi præsentia in sacra sinaxi, reijcio priuatam
mihi crebro conflatā contumeliā, & eius libelli scōmata, de-
tractiōes Christiane religioni, & fidei ueritati ac rei publicæ
fidelium dumtaxat consulturus. Doceo & adsero Ihesu Christi
præsentia in sacramento unionis credendā, adorandā, uene-
randam ob diuinās literas illud aperte docētes. Hæc sunt do-
ctissimi uiri patres, magnifici dñi Heluetij, quæ me in hæc de-
fensionis propugnacula adegerunt, ut has theologicā & iuri
dicam formarē conclusiones, & ecclesiæ Badensi publice affi-
gerem corā & presenter hic cum Zwinglio disputandas. His
disputationis conditionib⁹ oblatis, passurus sententiā & cen-
suram in corpus meū, honorē, & fortunæ bona a uobis nun-
tijs consulū uniuersorū Heluetiorū uestro iudicio ferēdam, si
quo minus meas conclusiones sacrīs literis, diuinis pariter &
humanis legibus fecero ueras probatas & iustas atq; Christi
anas. Quippe quod criminali intentioni non cupiā nisi hac
respondendi forma obuiare, meamq; uitam & famam tueri.
Nihil nisi (ut fieri par est) in scriptis agere & uicissim respon-
dere. Quæ iudicandī facultas uobis dñis meis Heluetijs hæc
libere concessa & oblata, ut sit auctiō securitatē mihi cum om-
nibus cæteris doctis uiris h̄c præsentibus datam, libere, uo-
luntarie, & sana mente, in uestras manus resignio, eade in hoc
casu nullatenus gauisurus, quippe quod menti nahi insede-
rit cum Zwinglio pro honore in nulla securitate litigare.

Ne aut Zwinglius, uel certe quispiā alter criminet hac ob-
lata conditione me eum terrere conatū, utpote qui scī illum
nullā sententiā passurū, sed neq; securitatē suam resignaturū,
ego uero qui nec eius, neq; ullius hominis sitio sanguinē, nec
quemuis concutere cupio, sed ad solius puræ ueritati cogni-
tionem om̄is mea desudat intentio, patiar & uolo Ulrichum
Zwingliū sua securitate frui, uti, & gaudere, in me unicū
legum

M V R N E R I.

legum seueritatem exposcens, s̄yminus effecero iustū atq; pro-
batum, quod meis conclusionibus pollicitor uerū facturum.
Satis mihi Christiano doctori triumphi partū est, si meae uitae
pericula ueritas ipsa luceat, etiā si Zwinglius hic uita uiuat,
post hanc uitam tanti malī pœnas luitus. Et si quid aliud est
mihi pro nunc incognitū, quod Ulrichum Zwingliū ab hac
præsentī cōpressione absterreret, id omne iam sibi cōcessum
dinoſcat, ac si de uerbo ad uerbū hic eſſet insertū, qua protes-
tatiōe præmissa in nomine iusti dei ordinar cōclusioñes meas
in disputacione nude quidē oppositas, iuxta ſeolarū morem,
nunc probare & ueras facere, his legib⁹, oq; iure quo hacte
nū in mortaliū uitas & bona eſt animaduersum.

CONCLV SIO I.

In sacramento unionis corporis & ſanguinis dñi nostri
Ihesu Christi, Christum ſaluatorē ſub utraq; ſpecie præ-
ſentē credere, adorare, uenerari, idolatria cēferi nō po-
tēt, ob diuinās literas illud docētes. Nec furti accusari
debet populi una ſpecie (uidelicet panis) comunicans,
quasi uini ſpeciē a Christi plebecula furtim abſtuliffet.

Anno Christi Ihesu ſeruatoris Milesimo quingētimo xxvi.
xvi. die Maij, Conuocarūt Strenui Magnifici prouidi & pru-
dentes dñi duodecim cantorū Heluetiorū laudabilis cōfœde-
rationis Christianū colloquiū ſeu diputationē, ob pacē quie-
tem & uifionem querendā, in Christiana fide ſuis ſubditis in
ciuitate Badenſi in Ergow, ubi tres cōparuerūt doctores re-
ſpondentes D. Iohānes Eck, D. Iohannes Fabri, & D. Tho-
mas Murner. Eckius nouos fideles impetiūt in fide, Iohannes
Fabri in scriptis Zwinglii, Murnerus in uia iuſtitiae bonorū
& famae. Et ego idem Murnerus ex ordinatione duodecim
cantorum ad parochialeм eccleſiam Badensem has conclu-
ſiones ſubscriptas affigere feci generales, unam ſanctorū ſcri-
pturarum ut ſupra alterā iuriū de qua infra dicemus.

Qq